d. 11 q. 1 D	17: nonnumquam TB] numquam B ² L
q. 2 C	17: procedat XZTB] procedit B ² L
d. 14 q. 2 B	20: et TB] om. B ² L
d. 15 q.un. A	52: mitti (1) TB] mittit B ² L
d. 17 q. 2 A	28: non TB] om. B ² L
q. 3 E	: litt. E om. TB; B ² L habet ad lin. 14
q. 4 A	4: praesuppono TB] suppono B ² L
C	16: sine adgeneratione TB] sive ad generationem B ² L
D	31: quando TB] quia B ² L
M	53: activitas TB] activitatis B ² L
d. 30 q. 4 A	13: ad minus TB] a divinis B ² L
H	5: non-vitalis TB] vitalis non B ² L
S	22: significari TB] significare B ² L
d. 35 q. 1 E	1: essentia TB] scientia B ² L
q. 6 A	14: notitiam TB] add. B ² L: et
d. 46 summ. Text. 5: cassari TB] causari B ² L	
d. 48 summ. Text. 3: prima TB] om. B ² L	

L non ex B, sed ex B² pendere confirmatur etiam d. 35 q. 4 B 8, ubi B² erratum hypothetae praebet contra T et B, quod L falso emendavit:

esse talia TB] esset alia B²; esse alia L

Maximam partem textus ille, quem L (scilicet ex B² sumptum) praebet, diligenter recensu esse videtur. Namque multas lectiones falsas, quas B ex T receperat, emendavit (ex his, quas pag. XX tab. 1 indicavimus, locis, ab L emendati sunt: Praefatio Biel lin. 5; Prol. q. 1 F 22; I d. 2 q. 1 C 8; q. 4 E 4)^{24).}

Alii loci, quibus L contra T et B vel solus vel consonante B² vel manuscriptis meliorem praebet textum:

- I d. 11 q. 2 B 4: intrinsecam XL] intrinsecus TBB²
- d. 17 q. 1 F 8: adhuc XZL] ad hoc TBB²
- q. 3 A 1: actui L] actu TBB²
- q. 4 I 19: augmentationem B²L] augmentatione TB
- d. 35 q. 4 D 16: in (2) XZB²L] om. TB
- d. 46 q.un. B 1: notandum XZL] modo TBB²

Ceterum locis aliquot L (consonante interdum B²) non solum contra T et B, sed etiam contra manuscripta textum praebet vel grammatica vel sensu meliorem, ut his exemplis docetur:

- Prol. q. 8 D 6: multorum L] multarum XZTBB²
- I d. 1 q. 3 F 49: lacte B²L] lac YTB

Omnibus locis illis, ubi Biel textus Scripturae sacrae, Iuris Canonici vel Augustini operum De Trinitate vel De civitate Dei non verbatim reddit, L verba fontis ipsius praebet et sic auctorem corrigit. Ecce exempla:

- I d. 1 q. 3 G 2: civitate L] Trinitate TB
- 5: delectata conquiescit TB] ipsis propter seipsa delectata conquiescit L
- d. 11 q. 1 A 6: Firmiter de sancta TB] Firmiter Extra De summa L
- d. 17 q. 1 H 17: intrare] introire L
- q. 3 D 6: operibus vestris] operi vestro L
- q. 4 G 11: sic] add. L: magis ac
- 13: ago] agere debemus etc. L
- d. 27 q. 2 A 27: nostra] ipsa L
- 31: Trinitate] add. L: c. 10
- 32: id] add. L: est | scimus] add. L: quod
- 34: neque (2)] nec L
- 35: cap. 13] cap. 12 L | sensum] sensus L
- 36: animus] add. L: humanus
- 37: quod quando] verum quando quod L
- 37/38: loquimur] add. L: sed verbum
- 38: originem] add. L: (alias cogitationem)

Harum igitur quattuor editionum textu Collectorii comparato compertum habemus post editionem principem textui omni nihil iam additum neque demptum esse, locos autem quosdam, qui in editione principe mendosi vel obscuri fuerant,

²⁴⁾ Neque tamen omisit L nova aliqua errata inserere; ecce exempla:

- d. 2 q. 10 M 2: illa TBB²] illam L
- d. 7 q. 1 G 6: procederetur TBB²] produceretur L
- d. 10 q. 1 C 26: sed TBB²] om. L
- d. 14 q. 1 E 30: dominatur XZTBB²] denominatur L
- d. 17 q. 3 F 14: eliciendi TBB²] eliciendum L
- G 7: possibilis TBB²] passibilis L
- d. 35 q. 4 A 3: quae TBB²] qui L
- d. 43 q. 2 A 1: impossibili XTBB²] impossibilia

mutatos emendatosque esse. Itaque editoribus illas primas, quae T secutae sunt, editiones respicere in textu constituendo visum est. Editionem Basiliensem secundam (B²) introspicere ideo non necesse erat, quia, quae in hac editione mutata sunt, maximam partem receptae sunt in L. Examinandi quidem singuli loci erant essentne mutati solum an re vera emendati²⁵⁾.

c) Ceterae editiones saeculi XVI

5. Parisiis, Iohannes Bienayse et Iacobus Ferreboeuf pro Iohanne Parvo, 1514²⁶⁾.

In fol.; typi Gotici; binis columnnis sexagenis quaternis lineis; tituli supra columnas et in marginibus; litterae initiales exornatae; folium tituli atro et rubro colore.

Sign.: [Inventarium generale] A–B⁶ (12 folia)
 [I.] Cc–L⁸Mm–Mm⁶Nn–Pp⁸ (102 folia)
 [II.] aa–nn⁸ (104 folia)
 [III.] A–L⁸M–M¹⁰N–N⁸ (106 folia)
 [IV.] a–q⁸r–s⁶t–t⁸u–u¹⁰x–y⁶ (170 folia)

Fol. A1r: Inventarium seu repertorium generale, tametsi compendiosum et succinctum, verumtamen valde utile atque necessarium contentorum in quattuor Collectoriorum profundissimi ac diligentissimi theologi Gabrielis Biel, super quattuor libros Sententiarium. Titulus exornatus figuris lineamentisque. Signum bibliopolae in folio tituli: E. et G. de Marnef²⁷⁾. – Fol. A2r–B6r: Inventarium generale.

[I.] *Fol. Cc1r: Gabriel super primo Sententiarium. – Fol. Cc2r–v: Paraenesis H. Bebelii; Apostrophe; Praefatio W. Steinbach. – Fol. Cc3ra, lin. 1–8: Epitoma pariter et Collectorium ... et elucidatum. Deinde Praefatio Gabrielis Biel. – Fol. Oo5vb, lin. 47–50: Explicit Epitoma primi Scripti ... theologiae licentiatu bene merito. Infra conspectus brevis Gabrielis Biel de materia et structura libri I Sententiarium. – Fol. Oo6r–Pp7v: Inventarium libri primi. – Fol. Pp8r: Conspectus schematicus.*

[II.] *Fol. aa1r: Gabriel in secundum librum Sententiarium. – Fol. aa2ra, lin. 1ss: Abbreviaturus dogmata... – Fol. mm6rb, lin. 45s: Explicit Collectorium resolutissimi viri Gabrielis Biel sacrae theologiae licentiatu super secundo Sententiarium. – Fol. mm7r–nn7r: Inventarium libri secundi. – Fol. nn7v–8r: Conspectus schematicus.*

[III.] *Fol. A1r: Gabriel in tertium librum Sententiarium. – Fol. A2ra, lin. 1ss: Collectorium tertii Sententiarium eximii viri magistri Gabrielis sacrae theologiae licentiatu. Sequitur conspectus materiae libri III. – Fol. M9rb, lin. 53–57: Explicit Collectorium et Epitoma ... profundissimo. In Parisiensi gymnasio, anno Domini millesimo quingentesimo decimoquarto. – Fol. M9v–10r: Conspectus schematicus. – Fol. N1r–8r: Inventarium libri tertii.*

[IV.] *Fol. a1r: Gabriel in quartum librum Sententiarium. – Fol. a2ra, lin. 1–3: Collectorium quarti Sententiarium ... incipit feliciter. Deinde incipit prooemium libri IV. – Fol. v7vb, lin. 9ss: Sequitur ... annotavit. Epitomatuum seu Collectorum omnium ferme theologorum antiquorum et modernorum doctorum super quatuor libros Sententiarium magistri Gabrielis Biel adest clarissima dilucidatio, nunc primum ad debitam correctionis limam summo cum labore redacta ac pro*

²⁵⁾ V. infra pag. XXXIIIIs.

²⁶⁾ Panzer VIII, 15; Catalogue général XIII, 39; Index Aureliensis (v. supra adn. 12), 224.

²⁷⁾ Cf. H. W. Davies, Devices of the Early Printers (1457–1560), 1935, n. 209 pag. 598.

omnium studiosorum utilitate: sumptibus honestorum virorum Iohannis Parvi Parisiensis universitatis librarii iurati necnon vigilantissimorum impressorum Iohannis Bienayse et Iacobi Ferreboeuf et impensis solertique eorum industria Parisius novissime impressa. Anno dominicae salutis millesimo quingentesimo decimoquarto, die vero XXI. mensis Februarii. – *Fol. v8r: Conspectus schematicus.* – *Fol. v9–10 vacuum.* – *Fol. x1r–y6v: Inventarium libri quarti.*

6. Lugduni, Iohannes Cleyn, 1519²⁸⁾.

In fol.; typi Gotici; binis columnnis.

Sign.: +a, a–p, aa–oo, +aa, A–P, +A, AA–ZZ, AAA–BBB.

Titulus exornatus figuris lineamentisque per ligna in sculpta impressis. Signum typographi Ioh. Cleyn in folio tituli.

Repertorium generale et succinctum ... contentorum in quattuor Collectorioris ... Gabrielis Biel super quattuor libros Sententiarum. – *In fine:* Impressit hoc opus vir Iohannes Clein Alemannus chalcographus et bibliopola in famatissimo Lugdunensi emporio, anno dominicae incarnationis MCCCCCXIX, die XXIIII mensis Septemb.

7. Lugduni, Iacobus Myt pro Simone Vincentio, 1527²⁹⁾.

In 4^o; typi Gotici; binis columnnis.

Sign.: a–b, a–n, aa–mm, +aa, A–N, +A, AA–YY.

Titulus exornatus figuris lineamentisque; signa bibliopolae Simonis Vincentii in folio tituli.

Titulis librorum II, III et IV inscriptus est annus 1526.

Colophones: [I.] Explicit Epitoma primi Scripti Guilelmi Occam, editum, elaboratum ab eximio viro magistro Gabriele Biel ex Spira, sacrae theologiae licentiato benemerito. In famatissimo Lugdunensi emporio arte et industria probi viri Iacobi Myt impressum. – [II.] Explicit Collectorium resolutissimi viri Gabrielis Biel sacrae theologiae licentiati super secundo Sententiarum. – [III.] Explicit Collectorium resolutissimi viri Gabrielis Biel sacrae theologiae licentiati super tertio Sententiarum. – [IV.] Collectorium in quattuor libros Sententiarum egregii viri Gabrielis Biel sacrae theologiae licentiati finit feliciter ab honesto viro Iacobo Myt chalcographo in famatissimo Lugdunensi emporio impressum. Anno Domini M.CCCCC.XXVII. – [In fine:] Impressum est hoc egregium opus in inclita civitate Lugdunensi per probum virum Iacobum Myt, sumptu notabilis viri Simonis Vincentii bibliopola, anno a Christo nato MCCCCCXXVII.

8. Lugduni, Ioh. Crespin pro I. Giunta, 1532³⁰⁾.

In 4^o; typi Gotici; signum bibliopolae I. Giunta in folio tituli.

Sign.: [Inventarium generale] aA–bB⁴ (12 folia)

[I.] a–n⁸ (104 folia)

[II.] aa–mm⁸nn⁴ (100 folia)

[III.] A–M⁸N⁴+A⁸ (108 folia)

[IV.] AA–XX⁸ (168 folia)

²⁸⁾ Panzer VII, 325; Catalogue général XIII, 39; The National Union Catalogue LVII, 1969, 86; Index Aureliensis (v. supra adn. 12), 225. Haec atque sequentes editiones non in manibus nobis fuerunt; quae attulimus, ex indicibus bibliographicis, quos suo loco memoravimus, desumpta sunt.

²⁹⁾ Panzer VII, 342; Catalogue général XIII, 39; The National Union Catalogue LVII, 1969, 86s; Index Aureliensis (v. supra adn. 12), 226.

³⁰⁾ British Museum Catalogue XX, 227; The National Union Catalogue LVII, 87; Index Aureliensis (v. supra adn. 12), 227.

Repertorium generale et succinctum ... contentorum in quattuor Collectorioris ... Gabrielis Biel super quattuor libros Sententiarum. [I.-IV.] Gabriel Biel super primum (secundum, tertium, quartum) Sententiarum cum inventariis et adnotamentis marginalibus aliquot in locis nuper adiectis. – *Colophon in fine*: Excusum ... in inclita urbe Lugdunensi per ... Iohannem Crespin chalcographum. Anno publicae salutis 1532, die vero duodecima mensis Aprilis.

9. Brixiae, Vincentius Sabbius pro Thoma Bozola, 1574³¹⁾.

In 4^o; typi antiqui; folia titulorum signo bibliopolae exornata.

Tituli:

[I.] Commentarii doctissimi in IIII Sententiarum libros, magistri Gabrielis Biel, sacrae theologiae doctoris profundissimi, cum supplemento, quod desiderabatur, et etiam cum locupletissimis indicibus universalis et in singulos libros, nunc in lucem restituti emendationes quam antea, et postillis ornati. – *Infra: Signum bibliopolae*. – *Infra*: Brixiae, apud Thomam Bozolam. M.D.LXXIIII.

[II.-IV.] Commentarius in secundum (tertium, quartum) librum Sententiarum magistri Gabrielis Biel theologi licentiati profundissimi cum suo indice. – *Infra: Signa bibliopolae*. – *Infra*: Brixiae apud Thomam Bozolam. M.D.LXXIIII.

[V.] Supplementum commentarii magistri Gabrielis Biel in quartum librum Sententiarum, per doct. Wendelinum Stambachium [sic!] Burzbachensem, eiusdem, dum viveret, auditorem³²⁾; multo studio, magnoque iudicio collectum, et in florentissimo Tubingensi Musaeo praelectum atque disputatum. Nunc denuo in lucem restitutum, diligenter emendatum et postillis ornatum. Cum suo indice locupletissimo. – *Infra: Signum bibliopolae*. – *Infra*: Brixiae apud Thomam Bozolam. M.D.LXXIIII.

Colophon: Impressum Brixiae apud Vincentium Sabbium. Expensis Thomae Bozolae ad signum Griffi. 1574.

Asservatur Aaraviae in Helvetia (Aarau), in bibliotheca cantonalis.

(10.) Editio quaedam alia Basiliensis, facta anno 1588, apud Moser³³⁾ notatur; quod complures docti ab eo receperunt. Nobis quamvis multa requirentibus neque contigit certa quaedam testimonia neque exemplaria ipsa huius editionis invenire.

B. Editiones particulares huius saeculi

1. Guillelmi Ockham Quaestio prima principalis Prologi in primum librum Sententiarum cum interpretatione Gabrielis Biel, quam ad fidem codicum restituit P. Philotheus Böhner O.F.M. (Textuum Guillelmi Ockham fasc. I), 1939.

Siglum: Bö.

Continet: Prol. q. 1.

2. Gabrielis Biel Quaestiones de iustificatione, quas edidit Carolus Feckes (Opuscula et textus, ser. schol., fasc. IV), 1929.

Siglum: F.

Continet: I d. 17 Summarium Textus,

³¹⁾ Catalogue général XIII, 40; The National Union Catalogue LVII, 87; Index Aureliensis (v. supra adn. 12), 228.

³²⁾ De supplemento Wendelini Steinbach in librum quartum Collectorii cf. introductionem in vol. IV nostrae editionis.

³³⁾ Moser (cf. supra adn. 4), ib.

- q. 1 et 2;
 II d. 27 q. un. a. 1 not. 1 A (initium),
 a. 2 concl. 2 H (textus conclusionis), concl. 4 K,
 a. 3 dub. 4 O;
 d. 28 q. un. A–N (excepto partim C);
 III d. 27 q. un. a. 3 dub. 2 Q–R;
 IV d. 14 q. 1 a. 1 not. 2 E–H.

Utraque editio ex editione principe sumpta est.

C. Libri I manuscripta textum nondum perfectum continentia³⁴⁾

Libri I Collectorii haec praesto sunt manuscripta³⁵⁾:

1. Tubingae, UB, Mc 194 (saec. XV; unde provenierit ignoratur)³⁶⁾, fol. 1–97v:
 Gabriel Biel, Abbreviata Ockam primi Sententiarum.

Siglum: X.

Codex chartaceus, rubro colore ornatus. 7 seniones, 1 septenio tantum 13 folia complectens.

Foliorum mensura: altitudo 21,5 cm; latitudo 15,5 cm.

Textus mensura: altitudo 16,0–16,5 cm; latitudo 9,5–10,0 cm.

Folia 10r (finis Prologi) et 43v ad tertiam partem scriptis completa, folia 73v (finis dist. 29) et 97v ad dimidium tantum. Numerorum notae foliis totius voluminis non nisi multo recentiores inscriptae. In initio tertii senionis duo folia transposita sunt indiligentia; quod notatur in fine fol. 36v rubro colore his verbis: »Hic est transpositio duorum foliorum sequentium«; folia 37r, 38r et 39r litteris b, a et c signata sunt rubro colore, quemadmodum recte sequantur.

Inc.: In prologo quaerit de tribus principaliter. Primo de theologia in se; in ordine ad unitatem; in ordine ad obiectum. Circa primum investigat: Qualis notitia sit theologia, an scientia vel alia.

Expl.: siquidem negatio est in re nihil, et ita non volitum est, neque a Deo, cuius voluntas recta semper permanet in saecula saeculorum. Amen.

Abbreviata primi scripti Sententiarum Guilelmi Ockam, extracta et elaborata per venerabilem magistrum Gabrielem etc., sacrae theologiae licentiatum, 1486, tunc temporum almae universitatis Tuwingensis rectorem.

2. Tubingae, UB, Mc 194, fol. 98r–138v: [Gabriel Biel, In Sent. Prol. q. 1–I dist. 9 q. 1].

Siglum: Y.

Chartae species, foliorum mensura et textus eadem est quae in X. Y e tribus senionibus constat et uno quinione, cuius prima quinque folia litteris completa

³⁴⁾ De manuscriptis librorum II–IV in posterioribus editionis nostrae voluminibus referetur.

³⁵⁾ Cf. Stegmüller, 312–316; W. Werbeck, Handschriften zum I. Buch von Gabriel Biels Collectorium (in: Geist und Geschichte der Reformation. Festgabe H. Rückert [AKG 38], 1966, 68–85); M. Elze, Handschriften von Werken Gabriel Biels aus seinem Nachlaß in der Gießener Universitätsbibliothek (ZKG 81, 1970, 70–91).

³⁶⁾ Volumen totum est descriptum apud Stegmüller, 312–314.

sunt, cetera autem, scilicet vacua, evulsa (ut cognoscitur ex reliquiis quibusdam in angulo voluminis), postquam addita sunt tegumenta. Fol. 117v partim est vacuum, quia in fol. 118r sequitur figura quaedam, qua distinctio indistinctioque intra Trinitatem demonstretur additis interpretamentis quibusdam. In fol. 130r et 133v senae lineae vacuae; fol. 128v et 129r omnino vacua.

Inc.: Venerabilis Guilelmus Ockam Anglicus scripto suo super primum Sententiarum prologum praemittit. In quo de tribus principaliter quaerit, scilicet de theologia in se; in ordine ad unitatem; in ordine ad obiectum. Circa primum investigat: Qualis notitia sit theologia, an scientia, an alia.

Expl.: Sic producere notitiam genitam sui perfectivam (quo modo noster intellectus producit) imperfectionem importat. Et ita patet multipliciter quod ratio ista Scotti nihil probat, neque aliae, ut satis patet per auctorem.

3. Gissae, UB, Ms. 756 (saec. XV; liber capituli S. Marci, Butzbach), fol. 87r usque ad 165r: Gabriel Biel, Abbreviata Ockam I Sententiarum³⁷⁾.

Siglum: Z.

Codex chartaceus, rubro colore ornatus. Septies decies folia compluria complicata (nec tamen totidem semper), quorum primum quodque infima parte a–r litteris notatum est ab ipso scriptore; quorum tamen signorum cum margine resecando abscisa sunt aliquot. Foliorum complicatorum ordines octo, qui sequuntur fol. 81r, aliquando propria signa habuisse videntur; etenim in foliis 93–98 et 105–107 in infimae paginae (rectae) dextera parte inveniuntur custodes b 1–6 vel c 1–3.

Foliorum mensura: Altitudo 21,7 cm; latitudo 16,5 cm.

Textus mensura: Altitudo 15,5–16,5 cm; latitudo 10,5–11,0 cm.

Fol. 109v (in fine dist. 3 q. 8) septem modo lineas habet; deinde annotatur: »Nihil deficit.« Cetera folia litteris completa sunt.

Inc.: In Prologo quaerit de tribus principaliter: primo de theologia in se, secundo in ordine ad unitatem, tertio in ordine ad obiectum. Circa primum investigat, qualis notitia sit theologia, an scientia vel alia.

Expl.: siquidem negatio est in re nihil, et ita non volitum neque a Deo, cuius voluntas recta semper permanet in saecula saeculorum. Amen.

a) *De his, quae manuscripta perscripserint, manibus*

Manuscripta X et Y his, quae Tbingae in Bibliotheca Universitatis asservantur, Wendelini Steinbach autographis conferentes³⁸⁾ cognovimus manuscripta X et Y maximam partem a Wendelino Steinbach scripta esse. Ab aliis manibus haec solum sunt scripta: fol. 25r (ab infima parte) – 36v (quod est totus fere senio secundus), fol. 56v–60v (id est novem paginae ultimae senionis quinti), fol. 98r–106v (id est q. 1 Prologi in Y) necnon fol. 122v–123v. Fol. 25r–36v et 122v–123v ab eadem manu scripta esse videntur. Wendelini Steinbach manus lineas singulas minus

³⁷⁾ Ioh. Val. Adrian, Catalogus codicum manuscriptorum bibliothecae academicae Gissensis, 1840, 227. Volumen totum est descriptum apud Werbeck, 70s.

³⁸⁾ Ad hoc cf. Feld (v. supra adn. 1), 11s.

distantes habet; paginae etenim singulae ab eo scriptae 37–39 linearum sunt, a ceteris autem scriptae non plus quam 34.

Et in X et in Y modo saepius modo rarius correcturae, additamenta, interdum et maiora supplementa in margine superiore, inferiore, dextro et sinistro inveniuntur. Haec omnia, quae quibus locis textui inserenda signis certis indicatur, maximum partem a Wendelino Steinbach addita esse opinamur.

Qui scripserit manuscriptum Z, ignoratur. Priore quidem scripto opinatus est Werbeck³⁹⁾ Biel ipsum fuisse scriptorem; postea autem et ipse Werbeck cognovit et exquisivit Elze⁴⁰⁾ manuscriptum illud nullo modo autographon esse. Elze, quippe qui sermones a Biel sua manu scriptos, quos ille annis 1457–64 Moguntiaci habuit quique traduntur manuscriptis 820, 821, 822, 825, 827, 834, 838 Gissae in Bibliotheca Universitatis asservatis, secrevit a manuscriptis illis, quae non scripsit ille, non solum statuit manum Gabrielis Biel differre ab illa, quam invenimus in Z, verum cognovit etiam scriptorem hunc eundem esse, qui et scripserit manuscripta 826, 814 et fortasse 773 Bibliothecae Universitatis Gissensis⁴¹⁾.

b) Manuscripta singula quo anno sint scripta

Manuscriptum X anni 1486 esse ex subscriptione intelligi potest. Ceterum ante Kalendas Maias 1486 scriptum esse ex hoc apparent, quod Biel »tunc temporum almae universitatis Tuwingensis« rector appellatur; quo munere usque ad Kalendas Maias functus est⁴²⁾.

Nec Y nec Z indicant, quo tempore sint scripta. Quia autem in Y saepius mentio est facta Abbreviatorum »supra« praecedentium⁴³⁾, pro certo haberri potest scriptorem illum, qui scripsit Y, non solum generaliter textum aliquem cum X et Z congruentem, sed manuscriptum X ipsum revocasse; ex hoc Y paulo post X scriptum esse concludi potest.

Quoniam Z in dist. 44 q. un. (fol. 163 v) Tubingae mentionem fecit, maxime est probabile et hoc manuscriptum illis annis ortum esse, quibus Biel ordinarius theologiae Tubingensis fuerit (1484 usque ad circiter 1492)⁴⁴⁾.

c) Quae manuscriptis contineantur

Haec textus partes singulis manuscriptis continentur⁴⁵⁾:

³⁹⁾ Werbeck, 70, 71.

⁴⁰⁾ Elze, 70–91.

⁴¹⁾ Elze, 86. Refutatum inde argumentum illud, scripturam Gabrielis Biel mutatam esse in his 20 annis, qui erant inter manuscripta sermonum et Z.

⁴²⁾ Cf. H. Hermelink, Die Matrikeln der Universität Tübingen I, 1906, 59.

⁴³⁾ Fol. 107 v (ad Prol. q. 3–6): »Circa quaestionem 3 notentur, quae de abstractis in abbreviatis sunt notata. De q. 4, 5 et 6 quaere supra in abbreviatis.« Praeterea fol. 100 r (Prol. q. 1). 114 r (d. 2 q. 1). 119 r (d. 2 q. 6).

⁴⁴⁾ Cf. Werbeck, 75.

⁴⁵⁾ Cf. et quae in apparatu I editionis nostrae compositum.

Locus	X et Z	Y
Prol., Div. Text. Occam	lin. 3–10	lin. 3–12
Prol. q. 1	A 1s.27–30; B 10–15.26–28; C 4–7; D 2.24–28; E 3–22; F 13–29; G 1s. 8–12; H 1–10; I (1–6.) 10s. 23s; K 1s.29–33; L 5–7.(21–32)	A–D 12.(24–32); E 23–50; H 13–37; I 7–26; K 1–20; L 1–13.21–38; M 6–68; Q (1–15.) 15–21; R–S
q. 2	A 1.12–25; B 1–7	A 1.7–9; D 3–7; E–I
q. 3	A 1s.10–12; B 1–13.(20–27); C–E	–
q. 4	A.B 1–9; C	–
q. 5	A–B	–
q. 6	A–B	–
q. 7	A–D	E–H
q. 8	A 1; B. C 1–5; D 5–11; F 3–10; G–H	A 6–18
q. 9	A–D. F–H. (I 1–14)	A 10–14; E
q. 10	A 1.13–19; B–E. F 1–4	F 6–G 18
q. 11	A 1s; C–G	A 5–13; B. H–M
q. 12	A–E	(longe aliter)
I d. 1 q. 1	(A 8–20; B 1–20; E 36–41;) F 4–8. 14–23; (G 1–13;) I 1s; (L 3–25; M)	(longe aliter)
q. 2	(A.) B 1s. 15–24; C 1–7; D 3–5. 10–13.48; E 1–3	–
q. 3	A 1.5–7; B 1–8; C 1–21; (D 1–8;) E 1–17	F
q. 4	(B–C.) D 16–39	–
q. 5	(A 3–B 15;) K	A–E. F 1–4
q. 6	A–D	–
d. 2 q. 1	A 1–4.8s; C 10–D 7; E 20–29; F–K 15	E 1–18; L–N. Q–X
q. 2	A. C	–
q. 3	A. D. G	–
q. 4	B 2–4.8–25; C	A
q. 5	A–B	–
q. 6	A–C	D–E
q. 7	A–B	–
q. 8	A–C	D–L
q. 9	A–F	G–H
q. 10	(A.) E–F	B–D. G
q. 11	(A.B.) C. G–I	–
d. 3 q. 1	(A.) B.C 1–11	A 3–6
q. 2	(A.) C–D. F	A 4–13; B. E. G–I
q. 3	B–C. G–H	D–F
q. 4	(B.) E–F	C. D. G–I
q. 5	B–G	A
q. 6	D–F	B–C
q. 7	(A.) B. (C. D 1–9)	–
q. 8	C–F	–
q. 9	(A–E.) H–I	(D–E.) F
q. 10	B. (C.) D. (F.) G	–
d. 4 q. 1	E–H. (K.) L. (M.) N	I
q. 2	A–C	–

Locus	X et Z	Y	
d. 5	q. 1 B. D 12–32; E q. 2 C–E q. 3 B. (D 15–26; H.) I	A. F–G A–B C–G	
d. 6	q. un. aliter; paucis modo consonans	—	
d. 7	q. 1 A–G q. 2 A–C q. 3 C–D	— — —	
d. 8	q. 1 aliter q. 2 A–D q. 3 A–C q. 4 A. B. D q. 5 A–B q. 6 A–B q. 7 A–C	(A.) B. C 1–6; D–H E–G — — — D–G	
d. 9	q. 1 A	B–E	
Locus	X et Z	Locus	X et Z
d. 9	q. 2 A–D 4; (E. F.) G q. 3 A 1–12; B–E. G 1–9; H	d. 26	q. 1 (A–F.) G–H. K 1–9; L (transponuntur aliqua)
d. 10	q. 1 I–K q. 2 (A.) B. E 1–13	q. 2 A–D q. 3 A–D	
d. 11	q. 1 (A–B.) C q. 2 A–D	d. 27	q. 1 A–D q. 2 (A–B.) F q. 3 A–C. H–I 35; K 6–19
d. 12	q. 1 A. H–I. L q. 2 A–D q. 3 A–B. (C)	d. 28	q. un. A–B. E 8–36
d. 13	q. un. (B 1–10;) C 17–21; D–F 18; G	d. 29	q. un. (A.) B. (C.) D (X transponit aliqua)
d. 14	q. 1 A–B. E–F q. 2 A–C. F	d. 30	q. 1 A–D q. 2 A–E q. 3 A
d. 15	q. un. A 1–29	q. 4 A–Y q. 5 A–F	
d. 16	q. un. A 1–14; B. E–F 7	d. 31	q. un. A 1. 15–26; B–F
d. 17	q. 1 A 1–12; B–C. E–G 38 q. 2 A–B q. 3 (B.) C q. 4 A 12ss; B–C 18 (XZ praebent C in q. 8) q. 5 A–B q. 6 A 1; B–D q. 7 A–D q. 8 A 1; B–C	d. 32	q. 1 A 1; B 1–10; D 15–30; E q. 2 A 1; (B.) C–D
d. 18	q. un. (A–C4; D 1–12. 27–43; E)	d. 33	q. un. A 1. 18–21; B–C
d. 19	q. 1 (A.) C–E q. 2 A 1–20; B 1–4; C	d. 34	q. un. A
d. 20	q. un. (A–C.) D–E 7	d. 35	q. 1 A 1. 10–19; B 1–9; C 16–23; D–E (A–C) q. 2 A 1; B. (C–E.) F 16–32 A–F
d. 21	q. un. (A. C–D.) E	d. 36	q. 3 A 1; F. (G. I.) K. N–P 16; Q. T 38–46 (transponuntur aliqua)
d. 22	q. un. A–E	d. 37	q. 4 A–D q. 5 A 1–6; C–I
d. 23	q. un. A–E	d. 38	q. un. A 1s. (13–18); B. (D 1–25); F 9–22; (G) A 1–4; C 1–16; M 1–16. 36–N. P 9–15. 61–64 (transponuntur aliqua)
d. 24	q. 1 A–G 9 q. 2 A–B. D 16–E 9		
d. 25	q. un. A–C 15; (D.) F. G 27–30 (transponuntur aliqua)		

Locus	X et Z	Locus	X et Z
d. 39 q.un.	A 1; B 1–5; E	d. 44 q.un.	A. B 17s; C–D. E 6–19
d. 40 q.un.	A 1s; C 7–14; D–E	d. 45 q.un.	A–B
d. 41 q.un.	A. (B.) D–G	d. 46 q. 1	A–B 24; (C.) D 8–12
d. 42 q.un.	A 1; D 24–E	q. 2	A 1s; B
d. 43 q. 1	A 1; D 8–E 9	d. 47 q.un.	A–C
q. 2	A–B	d. 48 q.un.	A–B. C 12–18

d) Manuscripta qua ratione cum editione principe cohaereant cuiusque momenti sint ad ortum completionemque huius libri investigandum

Ex quo conspectu apparet manuscripta X et Z omnibus libri I quaestionibus Collectorii maximam textus partem praebere. Priorem ergo statum textus nondum plane perfecti indicant. Accurateque perscrutantes manuscripta haec, quibusnam locis differant inter se⁴⁶⁾ – quae quidem differentiae plerumque levioris sunt momenti –, intelleximus alterum ab altero non pendere, vero ab uno exemplari descripta esse. X fortasse ante Z descriptum est, continentur autem in eo mutata suppletaque, quae sunt addita, manuscripto Z iam finito. X ergo, ut erat perfectum, posteriorem textus elaborandi statum indicat libri I quam Z.

In manuscripto Y autem suppletur tantum compluribus locis textus in X praesens dumtaxat usque ad dist. 9 q. 1, quo loco manuscriptum interruptum. Sed ne haec quidem suppleta textum postremo perfectum adaequant, verum statum provectiorem textus demonstrant. Conferendo textum postremo editum Tubingae anno 1501 a Wendelino Steinbach his manuscriptis tribus perspicere licet, quomodo confectus paulatim atque perpolitus sit textus quaque ratione elaboraverit Biel opus suum. Docetur autem his ipsis Gabrielem Biel primo abbreviationem fecisse Scripti Guilelmi Occam, eamque, quantum conicere licet, in auditorum collegio retulisse⁴⁷⁾. Quae textus primordia deinde adhibitis et aliis auctoribus cumque sententiis illorum disputans gradatim auxit perfecitque⁴⁸⁾. Praeterea manuscriptis his demonstratur multis locis Gabrielem Biel transposuisse quaedam, aliis verbis expressisse alia, delevisse nonnulla aut rursus extendisse, revocavisse alios vel auctores vel locos Collectorii et non nisi in perscribendo et elaborando difficultates quasdam perceperisse et solvisse⁴⁹⁾.

Exquirere nobis studentibus, quo tempore confectus sit liber I Collectorii, ex his omnibus compertum est illum neque anno circiter 1486 (quo tempore scripta sunt X et Z) neque illo tempore, cuius est Y, praesto fuisse perfectum omnimodis. At pro certo habemus Gabrielem Biel etiam provectiorem perficiendi operis statum assecutum, qui indicatur manuscripto Y, et sequentibus iam libris scribendis occupatum librum I commentari perrexisse.

⁴⁶⁾ Cf. Werbeck, 72–76.

⁴⁷⁾ Cf. et titulum operis: »...et partim ordinarie in theologorum scholis, partim in aedibus ab eodem lectum et elucidatum«.

⁴⁸⁾ Cf. Werbeck, 84.

⁴⁹⁾ Huius rei exempla inveniuntur apud Werbeck, 76–83.

Cum in editione nostra non indicetur, quibus locis folia manuscriptorum incipient finianturve, accipe initia quaestionum ubi inveniantur in manuscriptis:

Quaestio	X	Y	Z	Quaestio	X	Y	Z
Prol. q. 1	1 r	98 r	87 r	d. 7 q. 2	38 v	—	115 v
q. 2	2 r	106 v	88 r	q. 3	37 v	—	116 r
q. 3	2 v	(107 v)	88 v	d. 8 q. 1	39 r	134 r	116 v
q. 4	3 v	—	89 v	q. 2	39 r	135 v	116 v
q. 5	4 v	—	89 v	q. 3	40 r	—	117 v
q. 6	4 v	—	90 r	q. 4	40 v	—	117 v
q. 7	5 r	108 r	90 v	q. 5	41 r	—	118 r
q. 8	5 v	108 v	91 r	q. 6	41 v	—	118 v
q. 9	6 v	109 r	91 v	q. 7	41 v	136 v	118 v
q. 10	7 v	109 v	92 v	d. 9 q. 1	42 r	137 v	119 r
q. 11	8 v	109 v	93 v	q. 2	42 r	—	119 r
q. 12	9 v	111 r	94 v	q. 3	44 r	—	120 v
Conspectus materiae				d. 10 q. 1	45 v	—	121 v
libri I	—	111 r	—	q. 2	46 r	—	122 r
d. 1 q. 1	10 v	111 v	95 r	d. 11 q. 1	47 r	—	122 v
q. 2	12 r	—	96 v	q. 2	47 r	—	123 r
q. 3	12 v	111 v	97 r	d. 12 q. 1	48 r	—	123 v
q. 4	13 r	—	97 v	q. 2	49 r	—	124 v
q. 5	13 v	112 v	98 r	d. 13 q.un.	50 r	—	125 v
q. 6	14 r	—	98 v	d. 14 q. 1	51 r	—	126 r
d. 2 q. 1	15 r	114 r	99 r	q. 2	52 r	—	127 r
q. 2	16 v	—	100 v	d. 15 q.un.	53 r	—	127 v
q. 3	17 r	—	101 r	d. 16 q.un.	53 r	—	127 v
q. 4	17 v	119 r	101 v	d. 17 q. 1	53 v	—	128 r
q. 5	18 v	119 r	102 r	q. 2	54 v	—	128 v
q. 6	18 v	119 r	102 v	q. 3	55 v	—	129 r
q. 7	19 v	119 v	103 r	q. 4	56 r	—	129 v
q. 8	20 r	119 v	103 v	q. 5	56 v	—	130 r
q. 9	20 v	123 v	104 r	q. 6	57 r	—	130 v
q. 10	21 v	124 r	104 v	q. 7	58 r	—	131 r
q. 11	22 r	—	105 r	q. 8	59 r	—	132 r
d. 3 q. 1	23 v	124 v	106 r	d. 18 q.un.	60 v	—	133 r
q. 2	23 v	124 v	106 v	d. 19 q. 1	61 r	—	134 r
q. 3	24 v	126 r	107 r	q. 2	62 r	—	134 v
q. 4	25 v	126 v	107 v	d. 20 q.un.	62 v	—	134 v
q. 5	26 r	127 r	108 r	d. 21 q.un.	63 r	—	135 v
q. 6	27 r	—	108 v	d. 22 q.un.	64 r	—	136 r
q. 7	27 v	—	108 v	d. 23 q.un.	65 v	—	137 v
q. 8	28 r	—	109 r	d. 24 q. 1	66 r	—	138 r
q. 9	28 v	129 v	110 r	q. 2	66 v	—	139 r
q. 10	30 r	—	110 v	d. 25 q.un.	67 r	—	139 v
d. 4 q. 1	31 r	130 r	111 r	d. 26 q. 1	68 r	—	140 r
q. 2	32 v	130 r	112 r	q. 2	69 r	—	141 r
d. 5 q. 1	33 r	130 v	112 v	q. 3	70 r	—	141 v
q. 2	34 r	132 r	113 r	d. 27 q. 1	70 v	—	142 r
q. 3	34 v	132 v	113 v	q. 2	71 r	—	142 v
d. 6 q.un.	35 v	—	114 r	q. 3	71 v	—	142 v
d. 7 q. 1	36 v	—	114 v	d. 28 q.un.	72 v	—	143 v

Quaestio	X	Z	Quaestio	X	Z
d. 29 q. un.	73 r	144 r	d. 35 q. 6	88 r	157 r
d. 30 q. 1	74 r	144 v	d. 36 q. un.	88 v	157 v
q. 2	74 v	145 v	d. 37 q. un.	90 v	159 r
q. 3	75 v	146 r	d. 38 q. un.	91 r	159 r
q. 4	76 r	146 v	d. 39 q. un.	91 v	160 r
q. 5	81 v	151 v	d. 40 q. un.	92 r	160 r
d. 31 q. un.	82 r	152 v	d. 41 q. un.	92 v	160 v
d. 32 q. 1	83 r	153 r	d. 42 q. un.	94 r	162 r
q. 2	83 v	153 v	d. 43 q. 1	95 r	162 v
d. 33 q. un.	84 r	153 v	q. 2	95 r	163 r
d. 34 q. un.	84 r	154 r	d. 44 q. un.	95 v	163 r
d. 35 q. 1	84 v	154 r	d. 45 q. un.	96 r	163 v
q. 2	85 r	154 v	d. 46 q. 1	96 r	163 v
q. 3	85 v	154 v	q. 2	96 v	164 r
q. 4	86 r	155 r	d. 47 q. un.	96 v	164 r
q. 5	87 r	156 r	d. 48 q. un.	97 r	164 v

III. QUA RATIONE FACTA SIT EDITIO HAEC

1. Quomodo textus huius editionis constitutus sit

Recensis omnibus, quae adhuc exstant tradita, cum intellexerimus neque editionem praesto esse, quam auctor noster imprimendam curaverit, neque manuscriptum nobis esse notum textum completum continens vel ex quo textus impressus sit tractus⁵⁰⁾, necessario editionem principem T in textu constituendo maxime secuti sumus, quippe quae vetustissimum Gabrielique Biel proximum statum textus completi praebet. Qui textus editionis T omnis collatus est cum manuscriptis X, Y et Z necnon cum editionibus impressis B et L, quia B prima editio impressa est post T et a B ipso pendent, quae deinde sunt impressae, L vero ex ceteris editionibus impressis potissimum T et B correxit et emendavit, quae aperte erant errata⁵¹⁾. Errata aliquot, quae inveniuntur in T quaeque quin indiligentia typothetae sint facta dubium non est, interdum a B iam correcta in apparatu I – silentio scilicet emendata – praetermisimus⁵²⁾. Ceterum non praebuimus textum a T differentem nisi locis illis, ubi vel manuscripta vel B vel L – consonantes omnino vel singula singulis – textum habent, quem ratione sensus et rei rectum vel probabiliorem putandum arbitrati sumus; quae singuli testes vel manu scripti vel impressi praebent, suo loco in apparatu I notavimus. Aliquoties autem ratione intelligendi permoti vel textu fontis ipso, ex quo Biel hauserit, ne his quidem

⁵⁰⁾ V. supra pag. XIV.

⁵¹⁾ V. supra pag. XXII.

⁵²⁾ Exempla:

Praefatio Biel lin. 14: doctrinae] doctrinae T

55: orthodoxi] arthodoxi T

Prol. q. 1 E 34: collectivum] collectivum T

q. 2 A 23: stricte] scrite T

locis retenti sumus, quin T corrigeremus, ubi neque manuscripta neque editiones impressae ascisci potuerunt⁵³⁾. At quibus locis ceteri testes commodiorem modo facilioremve textum praebere videntur, T, lectionem scilicet difficiliorem, obtinimus.

2. De orthographicis quibusdam et de interpunctione

Nostrorum temporum orthographia Latina uti, quippe cum editio quaeque critica textum planiorum redigere nec lectori obscurare debeat, maxime convenire est visum nobis, congruentibus scilicet cum editione Vaticana operum Scoti vel cum editione operum philosophorum et theologicorum Guilelmi Occam. Explicandis etenim abbreviaturis ipsis, quae habentur in scriptis vel impressis saeculi XV et XVI, deletur magis quam conservatur paginae litteris completae quasi imago et figura. Retinuimus tamen modum scribendi iam usitatum (ut ‘existere’ et ‘existentia’). Nomina sacra magnis litteris initialibus scripsimus (ut ‘Deus’, ‘Dominus’, ‘Filius’, ‘Trinitas’ etc.). Interpunctionem maximeque commata ita posuimus, ut sensus contextusque facile intelligeretur; quibusdam locis et aliter interpungi posse non ignoramus.

3. De rebus typographicis

Typographice textum ita instituere studuimus, ut eius structura et partes specie et forma ipsa quam optime intelligeretur. Et quia Biel aliorum quorundam, quae scripta sunt medio aevo infimo (ut a Guilelmo Occam et Petro Alliacensi), in Sententias commentariorum ordinem sectatus in tres articulos plerumque divisit quaestiones, quorum primo explanationes terminorum (»notabilia«), secundo responsio ad quae situm (»conclusiones«), tertio quaestiunculae quaedam difficultatesque (»dubia«) tractatae sunt, constans sibi forma et ordo est, qui et in editionibus impressis indicatur quibusdam marginalibus. Quae marginalia capitulis singulis ut titulos supraposuimus et uncis angulatis [] significavimus; ubi vero nos supplivimus aliqua, uncis acutis < > inclusimus. Neque tamen unoquoque loco notavimus inventane sint marginalia illa in omnibus editionibus impressis an in duabus an in una sola; ceterum constantiae gratia semper scripsimus »Conclusio 1«, »Conclusio 2«, etsi in una vel duabus editionibus scriptum erat »1«, »2« etc. Praeterea ex editionibus partim desumentes marginalia, plerumque autem ultro fingentes longioribus tractatibus titulos breves inseruimus, quibus doceatur de rebus tractandis vel significetur de tractatus divisionibus (e.g. dist. 2 q. 1 dub. 3 Q-X).

⁵³⁾ Exempla:

Prol. q. 1 C 23: extrinseci (*Occ.*)] extrinseca TBL

G 5: quod (*Occ.*)] pro TBL

N 63: praedicabilis] principalis TBL

O 5: unam] veram TBL

I d. 1 q. 1 A 15: dissuetudinem (*Bonav.*)] dissimilitudinem TBL

q. 5 D 23: secundum] sed YTBL

d. 2 q. 8 D 3: E 1, H 1: Circa] Contra YTBL

d. 5 q. 1 G 4: secundum] primum YTBL

Quorum titulorum verba, ubicumque potuimus, e textu ipso desumpsimus vel ipsi proxima effinximus. Postremo et intra articulos vel intra singulas partes eorum verba singula spatiis latioribus scribentes extulimus, quibus noscatur ordo formalis argumentandi. Id tamen omisimus, ubi ex ipsis titulis insertis, ut supra docuimus, ordo ille intelligi potest.

Textus intervalla quam plurima posuimus, ut initium novi argumenti vel divisionis significaremus.

Nomina auctorum citatorum, et eorum qui nominibus appellativis nominantur (ut est Apostolus, Auctor, Commentator, Philosophus; quidam, multi), litteris cursivis posuimus.

Quae verbatim citantur, dupliciter (» «) inclusimus, citata, quae intra citata occurrunt, simpliciter (‘ ’). Uncis minoribus ad se invicem conversis (‘ ’) inclusimus suppositiones materiales, id est verba pro voce vel pro scripto supponentia⁵⁴⁾.

Iam in T et in sequentibus deinceps editionibus omnes quaestiones praeter argumentorum ordinem etiam alia ratione distinctae sunt positae in margine litteris alphabetico ordine, quae litterae in T neglegenter omissae interdum, in L plerumque suppletae adhuc addi solent citatis Collectorii locis in doctorum nostri temporis scriptis, easque non recepimus solum in editionem nostram, sed ab iis numeramus etiam lineas. Non ergo secundum paginas, sed secundum litteras has numerantur lineae. Quo facto facilius notare potuimus locos illos, quibus Biel alias operis sui locos revocat, in apparatu II, levavimusque laborem hypothetae. Licebit praeterea textum Gabrielis Biel citare praeter librum quaestionemque indicata sola littera marginali numeroque lineae omissa numero voluminis et paginae editionis nostrae.

4. De apparatu I

In apparatu critico variae lectiones manuscriptorum X, Y et Z⁵⁵⁾ et editionum T, B et L⁵⁶⁾ notantur, quae sunt alicuius momenti. Neque tamen recepimus in diligenter errata manuscriptorum vel menda typographica editionum⁵⁷⁾ neque verborum transpositionem, ubi sensus mutatus non est. Praetermisimus silentio etiam locos illos, ubi L textum sacrae Scripturae, Iuris Canonici vel ex operibus Augustini desumptum, quem Biel vel ex memoria vel fontem, ex quo hausit, secundo citavit⁵⁸⁾, textui Vulgatae vel textui genuino accomodavit.

Testes lectionum nonnisi a nostro textu differentium referuntur, ex quo concludere licet, qui testes textum nostrum praebeant. Quem textum omnino manuscripta complectantur, et supra est demonstratum in pag. XXIX ss et ex apparatu intelligitur, quo textus manuscriptorum lacunae semper indicantur.

In q. 1–3 Prologi et in I d. 1 q. 1 et 2 textus manuscriptorum tantopere a textu editionum impressarum differt, ut praeferremus textum manuscriptorum in appendices I–III transferre.

⁵⁴⁾ Cf. Occam, Summa Logicae I c. 64 (ed. Boehner, pag. 178, 39–44).

⁵⁵⁾ V. supra pag. XXVIIs.

⁵⁶⁾ V. supra pag. XV–XVIII. XIXs. XXXIIIs.

⁵⁷⁾ V. supra pag. XXXIII cum adn. 52.

⁵⁸⁾ V. supra pag. XXII.

Editiones impressae quibus usi sumus, quemadmodum inter se cohaereant, et manuscripta quantum conferant textui constituendo, supra (pag. XX ss. XXXI) paucis composuimus.

5. *De apparatu II*

Apparatu II, scilicet fontium et testimoniorum, id efficiatur, ut notentur loci illi, quos Biel ex suo ipsius opere allegat, inveniantur praeterea et indicentur opera et scripta auctorum ab ipso citatorum; insuper conati sumus fontes, ex quibus hauserit, explorare etiam locis illis, ubi mentionem fecit earum vel omnino nullam vel tantum in contextu remotiore. Quae quod non omnibus locis consecuti sumus neque conata perfecimus ita, ut exoptabamus, gnarissimus quisque rerum talium neque mirabitur et excusabit. Ceterum iustis de causis credi potest peritorum in traditionibus singulis quasi concilium plura melioraque perfecturum fuisse.

Usque ad quem locum ex quoque fonte hauserit, intelliget lector ex lineis in apparatu indicatis. In verbatim citatis fontem significavimus nullo addito; his autem locis, quibus Biel liberius sequitur textum ascitum vel partim reddens verbatim, partim autem mutans suis ipsius verbis reddendo, vel similiter cogitata proferens, »cf.« praeposuimus. Haud sane omnes auctores, quos citat, suis ipsis oculis introspexit Biel, sed alterius cuiusdam utitur testimonio⁵⁹⁾. Multa praeterea, quae citat, non ex scriptis his ipsis duxit, sed ex his fontibus, quibus usus est, et in quibus vel verbatim citata erant vel allusum erat de eis. Ubi cumque talia animadvertisimus, significavimus scribentes »cit.[atur] apud...« vel »alleg.[atur] apud...«.

Ne nimis extendamus amplitudinem voluminum, fontes citatos in apparatu reddere omisimus etiam his locis, ubi Biel dissentit ab hac, quam citat, sententia, vel ubi eam non recte intelligit. Ceterum etiamsi fontes illos in apparatu posuissemus, ex his citatis ipsis vix vel inaccuratissime illustraretur, quantum debuerit Biel fontibus, quomodo his ipsis usus sit et quae fuerit eius facultas connectendi et amplificandi, qua proprio quodam arbitrio eum uti demonstraretur. Quemadmodum igitur annexa sint illa, quae scripsit Biel, his, quae recepit a praedecessoribus suis, ex his, quae in apparatu composuimus, colligat lector fontes ipsis suo quoque loco inspiciens.

6. *Index locorum sacrae Scripturae et auctorum*

Index locorum sacrae Scripturae et auctorum, qui a Gabriele Biel citantur, non ad singulos libros Sententiарum, sed ad opus totum perfectumque componetur et in supplemento editioni nostrae adiungendo publicabitur. Editionum illarum, quas in hoc volumine saepius adhibuimus, index infra additus est in pag. XXXVII ss.

⁵⁹⁾ Ecce exempla aliquot: Adam Goddam, I d. 39 A 10; Algazel, I d. 30 q. 4 M 6; Ambrosius, I d. 37 F 24s; Avicenna, I d. 38 E 17ss; Gualterus Beaufon, I d. 2 q. 11 B 5; Guilelmus Antissiodorensis, I d. 39 A 8ss; Richardus Brinckel, I d. 1 q. 5 A 10; Robertus Eliphat, I d. 1 q. 5 A 10; Thomas Bradwardina, I d. 39 A 6s.

EDITIONES AUCTORUM ANTIQUI ET MEDII AEVI, QUAS ADHIBUIMUS

Praemittenda: Hic eas solum invenies editiones, quas saepius adhibuimus nec bibliographice in apparatu II perscripsimus. Non igitur pro indice fontium omnium haberi poterunt, quae infra enumerabimus. Indicem enim talem quattuor librorum Collectorii omnium in supplemento editionis nostrae publicare in animo nobis est. – Abbreviationes, quas post nomina auctorum uncis inclusas praebemus, eadem sunt, quas et in apparatu II adhibemus.

Adam Goddam

Super quattuor libros Sententiarum, Parisiis 1512¹⁾.

Aegidius Romanus (*Aegid. Rom.*)

Opus super primo libro Sententiarum, Venetiis 1492.

Alexander de Hales (*Alex.*)

Summa theologica ... studio et cura PP. Collegii S. Bonaventurae edita, 1924 usque ad 1948.

Alliac.[ensis] v. Petrus.

Ambrosius (*Ambros.*)

Opera, MPL 14–17; CSEL 79.

Anselmus Cantuariensis (*Anselm.*)

Opera, MPL 158–159.

Opera omnia, rec. F. S. Schmitt, 1946–1961 (reimpr. 1968).

Aristoteles (*Arist.*)

Opera, ed. Academia Borussica, rec. I. Bekker, 1831.

Aristotelis opera cum Averrois commentariis, Venetiis (Ed. Iuntina) 1562–1574 (numeros textuum [t.] et capitulorum pristinorum secundum hanc editionem notavimus).

(Ps.-)Augustinus (*Aug.*)

Opera, MPL 32–47; CChr 32 ss.

Averroes v. Aristoteles.

Avicenna

Metaphysica sive prima philosophia, Venetiis 1495 (reimpr. 1966).

Beda Venerabilis (*Beda*)

Opera, MPL 90–95; CChr 118 ss.

Bernardus Claravallensis (*Bern. Claravall.*)

Opera, MPL 182–185 bis.

Opera, rec. J. Leclercq, H. Rochais et alii, 1957 ss.

Biel, Gabriel (*Biel*)

Canonis Missae Expositio, ed. H. A. Oberman–W. J. Courtenay, 1963–1967.

¹⁾ Cf. Albert Lang, Heinrich Totting von Oyta. Ein Beitrag zur Entstehungsgeschichte der ersten deutschen Universitäten und zur Problemgeschichte der Spätscholastik (BGPhThMA 33, 4/5), 1937, 54–61.

XXXVIII Editiones auctorum antiqui et medii aevi, quas adhibuimus

- Boethius (*Boeth.*)
Opera, MPL 63–64.
De consolatione philosophiae, CChr 94.
- Bonaventura (*Bonav.*)
Opera theologica selecta. Editio minor, 1934–1949.
- Corpus Christianorum (CChr)
Series Latina, 1953 ss.
- Corpus Iuris Canonici (RF)
Editio Lipsiensis secunda, ed. Aem. Lud. Richter–Aem. Friedberg, 1879 (reimpr. 1959).
- Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum (CSEL)
editum consilio et impensis Academiae Litterarum Caesareae Vindobonensis, 1866 ss.
- Damasc.[enus] v. Iohannes.
- Denzinger (*Denz.*)
Enchiridion Symbolorum, Definitionum et Declarationum de rebus fidei et morum, ed. H. Denzinger–A. Schönmetzer, 1965³³.
- (Ps.-)Dionysius Areopagita (*Dionys.*)
Opera, MPG 3–4.
- Dionysiaca. Recueil donnant l'ensemble des traductions latines des ouvrages attribués au Denys de l'Aréopage et synopse marquant la valeur de citations presque innombrables allant seules depuis trop longtemps, remises enfin dans leur contexte au moyen d'une nomenclature rendue d'un usage très facile, 1937.
- Durandus de S. Porciano (*Dur. de S. Porc.*)
Super quattuor libros Sententiarum, Parisiis 1508.
- Franciscus de Mayronis (*Franc. de Mayronis*)
In libros Sententiarum, Venetiis 1520 (reimpr. 1966).
- Gerson, Iohannes (*Gerson*)
Opera, ed. L. E. Du Pin, 1706.
Œuvres complètes, ed. P. Glorieux, 1960 ss.
- Godefredus de Fontibus (*Godefr. de Font.*)
Quodlibeta
I–IV ed. M. de Wulf–A. Pelzer (Les Philosophes du Moyen Age II), 1904.
V–VII ed. M. de Wulf–J. Hoffmans (Les Philosophes Belges III), 1914.
VIII–X ed. J. Hoffmans (Les Philosophes Belges IV), 1924. 1928. 1931.
XI–XIV ed. J. Hoffmans (Les Philosophes Belges V), 1932. 1935.
XV ed. D. O. Lottin (Les Philosophes Belges XIV), 1937.
- Gregorius I. (*Greg. I.*)
Opera, MPL 75–79.
- Gregorius Ariminensis (*Greg. Arim.*)
Gregorii Ariminensis O. E. S. A. Super Primum Et Secundum Sententiarum (Reprint of the 1522 Edition) (Franciscan Institute Publications, Text Series No. 7), 1955.

Guilelmus de Occam (*Occ.*)

Opera Plurima, Lugduni 1494–96 (reimpr. 1962) (huius editionis litteras marginales etiam pro illis partibus libri I Sententiarum notavimus, quae iam praesto sunt in editione Instituti Franciscani).

Opera Philosophica et Theologica cura Instituti Franciscani. Opera Theologica: Scriptum in Librum primum Sententiarum, ed. G. Gál et St. Brown, 1967 ss.

Quodlibeta septem una cum tractatu de sacramento altaris, Argentinae 1491 (reimpr. 1962).

Summa totius Logicae, Oxonii 1675.

Ed. Phil. Boehner (Franciscan Institute Publications, Text Series No. 2), 1951 ss.

Henricus Gandavensis (*Henr. Gandav.*)

Quodlibeta, Parisiis 1518 (reimpr. 1961).

Summae Quaestionum Ordinariarum. Reprint of the 1520 Edition (Franciscan Institute Publications, Text Series No. 5), 1953.

Henricus Totting de Oyta (*Oyta*)

Quaestiones Sententiarum, Ms Clm 14768²⁾.

Hilarius (*Hil.*)

Opera, MPL 9–10.

(Ps.-) Hieronymus (*Hier.*)

Opera, MPL 22–30.

Holcot v. Robertus.

Iohannes Damascenus (*Damasc.*)

De fide orthodoxa, MPG 94.

De fide orthodoxa. Versions of Burgundio and Cerbanus, edited by E. M. Buytaert (Franciscan Institute Publications, Text Series No. 8), 1955.

Iohannes Duns Scotus (*Scot.*)

Opera Omnia, ed. L. Wadding, Lugduni 1639 (reimpr. 1968) (*Wadd.*)

Opera Omnia Studio et Cura Commissionis Scotisticae ad Fidem Codicum Edita, Civ. Vat. 1950 ss.

Lomb.[ardus] v. Petrus.

Marsilius Inghensis (*Marsil.*)

Quaestiones super quattuor libros Sententiarum, Argentinae 1501 (reimpr. 1966).

Migne, I. P., Patrologiae Cursus Completus

Series Latina (*MPL*), 1844–1855.

Series Graeca (*MPG*), 1857–1866.

Occ.[am] v. Guilelmus.

Oyta v. Henricus.

Petrus Alliacensis (*Alliac.*)

Quaestiones super libros Sententiarum, Argentinae 1490 (reimpr. 1968).

Petrus Aureoli (*Petr. Aureoli*)

Scriptum super primum Sententiarum, Romae 1596.

²⁾ Cf. Lang, 63.

- Scriptum super Primum Sententiarum, ed. by E.M. Buytaert (Franciscan Institute Publications, Text Series No. 3), 1953 ss.
- Petrus Hispanus (*Petr. Hisp.*)
Summulae logicales, ed. I.M. Bocheński, 1947.
- Petrus Lombardus (*Lomb.*)
Opera, MPL 191–192.
Libri IV Sententiarum Studio et Cura P.P. Collegii S. Bonaventurae in lucem editi, 1916² (huius editionis nonnisi numeros paragraphorum [»n.«] notavimus).
- Richardus de Mediavilla (*Rich. de Mediat.*)
Super quattuor libros Sententiarum Petri Lombardi Quaestiones subtilissimae, Brixiae 1591 (reimpr. 1963).
- Richardus de Sancto Victore (*Rich. de S. Vict.*)
Opera, MPL 196.
- Robertus Holcot (*Holcot*)
In quattuor libros Sententiarum quaestiones. Determinationes quaestionum, Lugduni 1518 (reimpr. 1967).
- Scot.[us] v. Iohannes.
- Thomas de Aquino (*Thom.*)
Opera, Taurini (Marietti) 1948 ss.
Scriptum super Sententias Magistri Petri Lombardi. Lib. I-II ed. P. Mandonnet, 1929; lib. III-IV d. 22 ed. M.F. Moos, 1933–1947.
- Thomas de Argentina (*Thom. de Argent.*)
Commentaria in IV libros Sententiarum, Venetiae 1564 (reimpr. 1965).

SIGLA EDITIONUM ET CODICUM MANUSCRIPTORUM

Editiones:

- B Basileae 1508 (v. supra pag. XVII s)
B² Basileae 1512 (in introductione tantum; v. supra pag. XVIII s)
Bö Editio Philothei Böhner (v. supra pag. XXV)
F Editio Caroli Feckes (v. supra pag. XXVs)
L Lugduni 1514 (v. supra pag. XIX s)
T Tubingae 1501 (v. supra pag. XVss)

Codices manuscripti:

- X Tubingae, UB, Mc 194 (v. supra pag. XXVI)
Y Tubingae, UB, Mc 194 (v. supra pag. XXVI s)
Z Gissaë, UB, Ms. 756 (v. supra pag. XXVII)
* post siglum codicis manuscripti significat primam manum, quae per secundam deleta vel emendata est

PARAENESIS HENRICI BEBELII IUSTINGENSIS
ad sacerdotes pro studio sacrarum litterarum et utilitate huius operis

Disce sacros libros, Christo devote sacerdos,
Mystica sit fidei noscere cura tibi.
5 Pellege quae veterum decreta fidelia patrum
Admoneant fieri dogmaque christigenum,
Instruere ut possis populum, quo tramite pergens
Scandat in aeternas stelliferasque domos.
Pasce tuos agnos caelestis nectare dulci
10 Doctrinae, et fidei sana alimenta dato.
Nam si triste lupus stabulis disperserit agnos,
His comes accedes regna tremenda Stygis.
Disce sacros libros, Christo devote sacerdos,
Mystica sit fidei noscere cura tibi.
15 Nec, precor, admittas urentes pectora nummi
Detineant studium possideantque tuum,
Nummi, quos relevent potius per inania venti,
Quam perdant animam progeniemque Dei.
Disce sacros libros, Christo devote sacerdos,
20 Mystica sit fidei noscere cura tibi.
Sed fuge mortiferae Veneris mollissima castra,
Nec studium meretrice imperiosa regat.
Huius item comites fugias, periuria, rixas,
Ebrietasque procul cedat et omne nefas.
25 Disce sacros libros, Christo devote sacerdos,
Mystica sit fidei noscere cura tibi.
Nec te sollicitent summis in montibus ursi
Et vos silvestres ruricolaeque ferae.

[Apostrophe ad praesens opus]

30 Quid facies igitur? Divina volumina patrum
Sensaue pellegito, quae tenet iste liber.
Invenies etenim, quam sancta, salubria, docta
Effundat Gabriel dogmata rite tibi;
Quod si non surdus, patulas si adverteris aures
35 Atque frequens studiis invigilare velis,
Nec praeceps umquam facile es casurus in ullum
Errorem fidei haereticamque luem,
Et tibi subiectos sana ratione gubernes.

1/49 *om. XYZ*

1 iustingensis] instingensis T

2 utilitate] vilitate T

37 haereticamque] que haereticamque T

Tandem quid fugias, quidve sequaris, habes.
40 Huic grates referas Gabrieli, lector amice,
Qui tibi tanta tulit, munera tanta dedit,
Ingenio numquam proprio confisus. At ille
Haud umquam laudis ambitiosus erat,
Composuit sed quae longis ambagibus essent,
45 Hincinde a doctis evigilata sophis,
Nullius offendens nomen, veneratus honore
Mirifico cunctos, qui docuere fidem.

Ex Tubingen, 9. Kalendas maias, anno 1501.

Telos

〈PRAEFATIO WENDELINI STEINBACH〉

Ad Collectorii huius lectores oratio soluta *Wendelini Steinbach*, sacrae theologiae professoris.

Admirantur (ni fallar) plurimi, quod tantillus ego aggrediendam mihi hanc provinciam destinaverim, ut lucubrations sententiosas venerabilis et eximii magistri *Gabrielis Biel*, sacrae theologiae licentiati, ad communem studiosorum 5 profectum et oblectationem exire pro virili faciam. En, audet dicere quisquam, quia temere et sorte quadam aut arrogantiae cupiditate id fiat? Sed temeritatem ratione, sortem destinatione, arrogantiam fine iusto exterminare opportunum est pro digna *Collectoris* laude et iusta mei ipsius defensione. Siquidem eius semper fuit iudicii, nulla in re magis elaborandum fore quam ut ab animi nobilitate per desidiam atque socordiam, a verae sapientiae gusto per inflantem arrogantiam nullo pacto quis degeneret. Idque sibi potissimum tenuit, ut undecumque posset, verum animi cultum et multigenarum artium disciplinas compararet. Procul itaque et de ultimis finibus verae humilitatis fundamina habere curavit. Quae praecelsae honestatis specimen ac sanctimoniae puritatem preferendo, profanas aurium 15 laudes pomposaeque vacationis scoriā in exterminium usque propulere. Horrori sibi fuit et inquietudini maxima, talismodi verborum phaleras pati, quae vanitatem afflant et caritatem lacerant: Honor suus proximorum salus. Invidiosum fortasse verbum, sed his compertum, qui eum intus et foris (ut vulgo dici solet) exploravere. Hinc divi non immemor *Gregorii* apostolici suos quos edidit libellos, 20 dum adhuc in humanis vitam duceret, verae humilitatis amore in lucem prodire vetuit, haud quia invidiae stimulis punctus fraternum horrebat profectum, qui omnibus omnia fieri (cum *Apostolo*) cunctis posthabitatis anhelo sitivit spiritu, quinpotius quia totus humilitati deditus supellectilem propriam paenulam et lacernam iudicare non erubuit et in comparatione aliorum sua nil esse clamitavit, 25 exemplo praefati viri sanctissimi, qui *Innocentio Africae* praefecto scribens ait: Quod »expositionem sancti Iob vobis transmitti voluistis«, vestro studio congaudemus. »Sed si deliciose cupitis pabulo saginari«, vestri compatriotae *Augustini* »opuscula legite, et ad comparationem illius similaginis nostrum furfurem non quaeratis. 30

Certe dixerim et alta mente repostum teneo, quam amaras, quam indignabundas ab eo verborum suscepī glebas, quamque totus stupui et tabens pallui, dum numquam satis pro meritis laudatam sacri canonis missae Expositionem, quam in nostro Tubingensi edidit gymnasio, tunc imperfectam prorsus, eo inscio et irrequiso, me in mundum destinasse ac impressoriae multiplicationi commendasse facto comperit. 35 Indignum censuit sese huiusce operis titulo decorari, eo quod de suis (ut inquit)

1/110 *om. XYZ*

16 *vacationis] vocationis T*

25 *lacernam] laceram TBL*

35 *in mundum] immundum T*

23 Cf. 1Cor 9, 22.

36/38 Cf. *Biel*, *Expos.*, *Conclusio ope-*

27/30 *Greg. I Epist. X 37 (MPL 77,*
1095 A.).

ris, lin. 13ss (IV, 184).

nulla vel minima, sed quae a maioribus digesta comperit calamo designavit, errata (si qua sunt) ignorantiae propriae, bene dicta vero maioribus humili spiritu dedicando. Sic quae egit magnalia quasi nulla pensavit, cum illustrium virorum et 40 doctorum facta rationis trutina libravit. Opere didicit et sermone illud *Hieronymi* super Malachiam cap. 4: »Si quis doctus in lege potest alios erudire, non debet sibi attribuere, »sed primum gratias agat Deo«, a quo omnia, »deinde sacerdotibus ac magistris, a quibus doctus est«; alioquin penuria maledicetur. Si autem »largitorem Deum« intellexerit et his, »per quos a Deo eruditus est, se humiliaverit et in 45 horreum Dei cibos intulerit, id est scripturae alimenta populis ministraverit«, »mandabit Deus nubibus suis, ut pluant super eum imbre«; increpabit etiam pro eo contrarias potestates. »Nec erit sterilis vinea in agro«, sed afferet ei iucunditatem. Et tantam ex humilitatis merito consequetur beatitudinem, ut omnes gentes et cunctae per circuitum nationes dicant eum beatum atque in terra, id est doc- 50 trina seu fertilitate doctrinae illius desiderent habitare. Haec ille. O iucundissimam psalterii cum cithara consonantiam, quam potens facti qualitas tollit ad astra! Sapienti sat dictum esse reor, salva pace omnium. Claret Deo teste et homine, quia sacrarum litterarum non minime gnarus, docturus in lege Domini, divino flamini maiorumque accuratae adinventioni laudes dedit et gratias cecinit, quod 55 cum paupercula vel saltem aliquid alimenti litterarii in Domini horreum ferre potuit. Eapropter mandavit Dominus nubibus suis, ut pluant super eum imbre gratiarum, quia habenti dabitur et abundabit. Cunctisque postergatis potestatibus contrariis tantam ex humilitatis merito nactus est benedictionem, ut cunctae per orbem nationes doctrinarum suarum imbre perfundi cupiant.

60 Cum enim post retroactos labores etiam praefati canonis Epitoma, quod secum dulci ludens contemplationis susurrio iam grandaevus ediderat, sermologum quoque magnopere pensandum e suis ad populum Moguntinum et alibi declamationibus elaboratum chalcographorum effigiationi pro viribus ut potui adaptasse, quietis avidus et modicitatis meae non inscius statui ascellis manus condonare.

65 Verum importune opportuneque lacessitus precumque non floccipendendarum instantia pressus, opportunum iudicavi iterum atque iterum (praeteritis posthabitis) rem arduam et difficilem nimis, fractis humeris expertaeque nullitati propriae impositam suscipere eiusque super Sententias Collectorium (ut ipsem Auctor titulum praenotavit humilem) praemissis licet imperfectum adunare. Certe coram 70 Deo dicere ausim: »Spiritus promptus est, caro autem infirma«, ut valetudinem ex retroactis laboribus vix redimam. Velle mihi adiacet, posse non invenio; labor ingens, virtus exigua. Itaque angustiis strictus, undique quid eligerem ignorabam.

39 sic] sic sic TBL

41/50 Hier., Comment. in Mal. 3, 7–12
(MPL 25, 1571s vel 1648s; CChr
76A, 936, 336–360); partim cit.
apud Biel, ib. lin. 30ss (IV, 185).
46 Cf. Ps 77, 23; Is 5, 6.
47 Mal 3, 11.

48/50 Cf. Mal 3, 12.
55 Cf. Mc 12, 41ss par.
56 Cf. supra ad lin. 46.
57 Cf. Mt 13, 12; 25, 29.
70 Mt 26, 41.
71 Cf. Rom 7, 18.

Expertus enim didici, quam operosas quamque giganteas res illae efflagitent vires. Hinc non ab re timere habui timore magno, ne sub onere iaceam, si pueriles humeros maiestati tantae subegero. E regione vero non minus vereri debui, si tam 75 numerosae hominum suasioni repulsam darem, ne opus tantum multis elucubratum laboribus non visum, non abstersum, non castigatum, non consummatum, sed truncatum, sed mendosum, sed vitiatum, sed nullitati deditum aliorum industria in lucem prodeat. Ad cuius prohibitionem me *Collectori* (prout voluit) devovi sponsione debita. Adiuravit enim me en altera vice et supra praeteritorum non 80 immemor, ne huiusce collecta sua impressioni tradam aut tradi consentiam, nisi per me visa et lecta iudicata fuerint ecclesiae non obesse, sed prodesse.

Credens itaque ego *Wendelinus Steinbach*, inter sacrae theologiae professores ac Tubingensis gymnasii ordinarios minimus, praceptoris mei (cui perpetuo me devinxii officio) Collectorium resolutum et clarum, verborum schemate strictum, 85 sed sententiarum pondere gravidum, complectens plurima paucis, ecclesiae fidelium non obesse, sed prodesse posse plurimum, post ea quae nunc amplectitur donaria plurima opulentissimasque sacrarum harum copias, statui, non temere, sed ex ratione, non casu, sed animi iusta destinatione, non arroganter, sed humiliter id ipsum domus Dei gazophylacio pro fidei orthodoxae illustratione alacriter 90 et absque rubore, sed non sine inspirato labore destinare. Comperiet lector *Collectorum* ipsum veluti apem argumentosam ita priscorum virorum illustrium alvearia sacrosancta perlustrasse, *Hugonis de Sancto Victore*, *Petri Lombardi*, *Alexandri*, sanctorum *Bonaventurae* et *Thomae*, *Richardi*, *Scoti*, *Durandi*, *Paludensis*, *Occam*, *Holcot*, *Gregorii*, *Adam*, *Oyta*, *Cameracensis* et aliorum, prout humana fert valetudo, 95 ita inter novos et veteres theologos sese medium posuisse, quod nec illorum simplicem sprevit maiestatem nec horum magnificam horruerit subtilitatem. Hinc factum est, ut dum alteros imitari studuit, utriusque generis optima decerpserit. Est enim invenire apud singulos insigne aliquid et praecipuum, quod non sit commune ceteris. Nec potest ex omnibus sibi recte provinciam delegisse propriam, 100 qui omnes prius familiariter et in saltu quodam non agnovit. Turpe quoque est theologo unius se toro maritasse, invisis aliis, qui et ipsi celso lucent ingenio.

Agere itaque oportet *Collectori* gratias ingentes pro eo quod sacrarum litterarum avidos suarum lucubrationum fecit participes, talium praesertim, in quibus et disputandi subtilitas et multiplex veri de tenebris eruta cognitio facile patet. 105 Quorum alterum ingenii, alterum diligentiae laudem habet.

Vale itaque, lector, vale, et ei, cuius opera effectum est, ut *Gabrielem* habeas elimatum castigatumque (nisi chalcographus oberret), orationum vicissitudines redde.

Ex Tubingensi gymnasio, anno 1501.

110

84 praceptoris] praeceptriores TB
91 inspirato] insperato TB
108 eliminatum castigatumque] elimi-

tumque castigatum B; elimi-
tum atque castigatum L

〈TITULUS OPERIS ET INDICATIO AUCTORIS〉

Epitoma pariter et Collectorium circa quattuor Sententiarum libros egregii viri magistri *Gabrielis Biel*, sacrae theologiae licentiati benemeriti et sacrarum litterarum peritia admodum decorati, in almo et florigero Tubingensi gymnasio editum et partim ordinarie in theologorum scholis, partim in aedibus ab eodem lectum et 5 elucidatum.

〈PRAEFATIO GABRIELIS BIEL〉

Propositorum nobis est atque intentio theologicō vacare studio, quo divina aspirante gratia pervenire possimus ad sapidam Domini Dei nostri cognitionem, quae vera est sapientia et sapida scientia, quatenus crescente in nobis Dei cognitione, crescat et fervor divinae caritatis, quae sola nos (veluti »perfectionis vinculum«) Deo gratificat, perficit et unit. Et quoniam scriptura, qua ad cognoscendum Deum ducimur, latissima est, est denique dispendiosum, difficile et fere inutile, incipientes praesertim et in sacra theologia primogenitos infantes in mare tam magnum quam spatiōsum mittere. Eapropter ad catholicae fidei exaltationem et studentium profectum magister *Petrus Lombardus*, Parisiensis episcopus, opus 10 utile velut apis argumentosa ex sanctorum patrum alveariis edidit, libros scilicet Sententiarum, in quibus ordine exquisito pariter et laudato theologica dogmata appositis eorundem testimoniis congessit et in unum redegit, ut opus non sit quaerenti librorum numerositatem evolvere, cui brevitas collecta, quod quaerit, offert sine labore. Talismodi doctrinæ ordinatae et ordini doctrinæ debito posteri 15 sacrarum litterarum amatores et magistri, veritatis exquisitores acutissimi, adhaesere et nunc temporum adhaerent et innituntur, quaestiones theologicas et nonnumquam alias scholastico more disputando circa ea, quae *Magister* in suo opere mirifice comportavit.

Verum quia variis viis et mediis etiam nonnumquam contrariis incedunt, etsi 20 ad eundem tendant et contendant finem pervenire, necesse est et plurimum conducere experientia docet proficere volentem unam ex his eligere, ne tremulum et insciūm viatorem hincinde vagabundum in nullo solidari magisque errare quam veritatis metam attingere contingat. Ideoque unius doctrinam nobis magis familiarem pro nunc elegimus, eam principalius et ut in pluribus secuturi, aliorum 25 nihilominus sententias, dum opus visum fuerit, adducturi. Deo teste, cui omne corporat, dicimus, quod nullum sane et catholice scribentem floccipendimus. Procul a nobis temeritas ista! Omnia dogmata veneramur, laudamus et amplificamus, eisque tamquam utiliter in Domini vinea laborantibus gratias habemus amplissimas et laudes immortales dicimus semper. Collectorii et abbreviationis nostræ

1/5 *om. XYZ*

3 nobis] notis T
5 qua] quo TB

1/57 *om. XYZ*

tenor me verum dicere comprobabit. Pugnabimus siquidem in castris propriis, si ³⁰ forte ea ab impugnatoribus defendere valeamus, aliorum nullatenus fortalicia potenter invadendo. Neque tamen in hoc scholastico exercitio me tamquam magistrum praefero, sed doctrinalis socius itineris, aliis currentibus simul et ipse curro, regulam beati *Augustini* observaturus, cum inquit de seipso: »Non me pigebit, sicubi haesito, quaerere, nec pudebit, sicubi erro, discere«, I De Trinitate cap. 2. ³⁵ Et sequitur cap. 3, quod ex corde cum eodem beato *Augustino*, theologorum maximo, dicimus: »Quisquis haec legit, ubi pariter certus est, pergit tecum; ubi pariter haesitat, quaerat tecum; ubi errorem suum cognoscit, redeat ad me; ubi meum, revocet me: ita ingrediamur simul caritatis viam tendentes ad eum, de quo dictum est: ›Quaerite faciem eius semper.‹ Haec ille. ⁴⁰

Cum ergo nostri propositi est dogmata et scripta venerabilis inceptoris *Guilelmi Occam* Anglici, veritatis indagatoris acerrimi, circa quattuor Sententiarum libros abbreviare, tentabimus divino aspirante ductu circa Prologum et singulas distinctiones scholasticas movere quaestiones et, ubi praefatus *Doctor* scribit diffusius, suam sententiam et verba accurtare – et praesertim in primo, in quo profundius ⁴⁵ et latius quam in ceteris scriptis correspondenter ad singulas distinctiones quaestiones movit et resolvit –, in aliis vero, ubi parum vel nihil scribit, aliorum doctorum sententias a dicti *Doctoris* principiis non deviantes, quantum potero, ex clarissimorum virorum alveariis in unum comportare. Hinc et laborem nostrum Collectorium pariter et Epitoma placuit nominare. Nonnumquam etiam recitabimus et dicemus aliqua, quae confesse suis principiis dici possunt, tametsi *Doctor* ipse oppositum sentire videatur, ut scholasticae palaestrae mos habet. Supposita in his omnibus theologica protestatione per me frequentius repetita; eapropter et meme et haec mea collecta et quaecumque sive docturus aut dicturus fuerit, emendationi sanctae matris ecclesiae et cuiuslibet orthodoxi melius sentientis ⁵⁰ iudicio prorsus subiicio. »Corripiat me iustus in misericordia et caritate fraterna; ⁵⁵ soleum autem peccatoris non impinguet caput meum!«

34/35 Aug., De Trin. I c. 2 n. 4 (MPL
42, 822; CChr 50, 32, 24s).

37/40 Aug. ib. c. 3 n. 5 (MPL 42, 822;

CChr 50, 32, 1–5).
40 Ps 104, 4.

56/57 Ps 140, 5.

〈PROLOGUS〉

- Istis sic utcumque pro nostra iusta et pia defensione pariter et rationabili excusatione praemissis, prologum, quem *Doctor* omnibus libris praemittit, accurandum et abbreviandum assumimus. In quo de tribus principaliter quaerit, scilicet de theologia in se, in ordine ad unitatem et in ordine ad obiectum. Circa 5 primum investigat, qualis notitia sit theologia, an scientia an alia. Circa secundum, quia unitas scientiae ex unitate subiecti eius attenditur, quaerit de subiecto theologiae. Circa tertium, quia obiectum, circa quod versatur, sicut cuiuslibet alterius scientiae est praxis vel speculatio, quaerit, an theologia sit practica vel speculativa.
- 10 Circa quodlibet horum plures movet quaestiones, quas tamen non omnes (diffuse saltem) prosequamur, pro eo quod aliquae sunt pure logicales et in logica solitae disputari. De multis pauca elicere et, ubi *Doctor* clarus est, ad eius dicta remittere brevitatis amor suasit.

QUAESTIO PRIMA

- A »Utrum sit possibile intellectui viatoris habere notitiam evidentem de veritatibus« theologicis

In illa quaestione *Auctor* primo declarat terminos; deinde quaerit de notitia respectu Dei, qualis possit haberi ab intellectu creato; tertio respondet ad 5 quaestionem; quarto movet dubia et solvit.

[Articulus 1]

- Circa primum describit tres terminos, scilicet intellectus viatoris, notitia evidens, veritas theologica.

[Notabile 1]

- 10 Circa primum articulum notandum primo, quod viator est ille qui non est in

1/3	Istis ... assumimus] Y: Venerabilis Guilelmus Occam anglicus Scripto suo super primum Sententiarum Prologum praemittit
1/3	Istis ... quo] In Prologo XZ
6	unitate subiecti eius] subiecto XZ

5	Cf. Occ., Prol. q. 1–8 (I, 1–225).
6/7	Cf. Occ. ib. q. 9 (I, 226–276).
7/9	Cf. Occ. ib. q. 10–12 (I, 276–370).
A 1/2	Occ., Prol. q. 1 A (I, 3); cf. Aliac., Prol. q. 1 (A).
3	Occ. ib. C–M (I, 5–15).

7/8	circa (2) ... scientiae] theologiae XZ
10/13	quas ... suasit <i>om.</i> XZ
10/11	diffuse saltem <i>om.</i> Y
12/13	De ... suasit <i>om.</i> Y
A 3/27	In ... dicatur <i>om.</i> XZ
3	notitia] <i>add.</i> Y: incomplexa

3/4	Cf. Occ. ib. N–PP (I, 15–49).
4/5	Cf. Occ. ib. QQ (I, 49–51).
5	Cf. Occ. ib. RR–CCC (I, 52–72).
7/8	Cf. Occ. ib. C (I, 5, 11–17); D/E (I, 5, 18–7, 3); F–M (I, 7, 4–15, 3).

termino, ad quem tendit. Sunt autem duo termini rationalis creaturae, scilicet beatitudo finalis et miseria finalis. Viator ergo est quisquis, qui neque beatus est neque finaliter damnatus. Supponit autem *Auctor*, quod notitia intuitiva Dei beatificat. Et ita patet definitio; quae solum datur de puro viatore, hoc est de viatore qui non est simul comprehensor, propter Christum qui comprehensor fuit 15 et viator. Christus autem semper habuit notitiam intuitivam deitatis secundum humanitatem, quia anima eius in instanti creationis fuit beata, ut patet in III dist. 13.

Si replicatur de Paulo in raptu, qui fuit viator, quia nondum in termino, et tamen habuit notitiam intuitivam Dei (vidit enim Deum sicut est nude sive per 20 essentiam, ut vult beatus *Augustinus* ad Paulinam in *De videndo Deum*): ad hoc potest dici uno modo, quod in instanti raptus Paulus non fuit viator, sed vere beatus, licet sua beatitudo non fuerat perseverans, quia post raptum rediit ad statum viatoris. Vel si hoc non placet, pro eo quod continuatio sive perpetuitas secundum aliquos est de ratione beatitudinis, dicendum quod Paulus etiam in 25 raptu fuit viator.

Et sic addendum erit descriptioni viatoris ly ‘permanenter’, ut sic dicatur: Viator est »qui non habet notitiam intuitivam deitatis« permanenter »sibi possibilem de potentia Dei ordinata. Per primum excluditur intellectus« beati Deum clare videntis; per secundum excluduntur damnati, quibus notitia intuitiva Dei non est 30 possibilis stante lege, secus de potentia absoluta.

Ex quibus patet quod dominus *Cameracensis* male notat *Auctorem* de notificazione intellectus viatoris, q.1 art. 1.

Per oppositum sciri potest quid comprehensor, quia viator et comprehensor ex opposito distinguuntur.

35

[Notabile 2]

Circa secundum terminum, scilicet notitia evidens, notandum secundo, B quod evidentia et inevidentia sunt differentiae veritatis complexae propositionalis. Unde notitia incompleta (quia nec vera nec falsa) non dicitur evidens vel non evidens.

- 12 quisquis] quisque Bö | qui om. Y
 14 quae] add. Y: tamen
 17 humanitatem] hominem Y
 21 Paulinam] Paulinum TBLBö
 27 descriptioni] add. Y: intellectus
 | Viator] Intellectus viatoris Y
 27/31 Viator ... absoluta] XZ: Intel-

- lectus viatoris ... est beatifica.
 (Vide in appendice I lin. 11–13)
 29/33 Per ... art. 1] in Y additum in
 marg.
 32/35 Ex ... distinguuntur om. XZ
 35 opposito] oppositis Bö
 B 1/9 Circa ... dubiae om. XZ

- 16/18 Cf. Biel III d. 13 a. 2 concl. 3 H;
 cf. etiam Alliac. I q. 1 a. 1 punct.
 1 (B).
 19/20 Cf. 2Cor 12, 2 ss; cf. Alliac. ib.
 20/21 Cf. Aug., Epist. 147 c. 13 n. 31

- (MPL 33, 610); cf. Alliac. ib.
 27/31 Cf. Occ. ib. C (I, 5, 11–17).
 32/33 Cf. Alliac. ib.
 B 3 Cf. Arist., *De interpret. c. 1* (I c.
 1) (16a 13–16).

- 5 Evidentia vero primo convenit notitiae adhaesivae, et mediante illa potest etiam attribui notitiae propositionis apprehensivae. Unde quod propositio aliqua dicatur evidens sive evidenter vera, ex eo est, quia assensus eius est evidens. Alioquin omnis veritas necessaria esset evidens; cuius contrarium verum est, cum multae propositiones necessariae sint nobis dubiae.
- 10 Unde *Auctor* hic describit notitiam evidentem adhaesivam, scilicet quod est notitia adhaesiva »veri complexi, ex notitia incomplexa terminorum« illius vel alterius propositionis »mediate vel immediate nata sufficienter causari«. Dicitur »illius propositionis immediate« propter notitiam propositionis per se notae vel contingentis; dicitur »vel alterius mediate« propter notitiam conclusionis demonstrabilis. Hanc materiam late prosequitur *dominus Cameracensis* q. 1 art. 1; vide ibi pro intellectu illorum quae *Doctor* breviter ponit. – Quod etiam in illa descriptione non dicit »causata«, sed »nata causari«, propter hoc est, quia, si Deus notitiam per demonstrationem acquiribilem causaret in intellectu humano, ipsa esset evidens; et quamvis non esset causata ex notitia incomplexa terminorum, sufficit tamen quod esset vel fuisse nata causari.
- 15 Si quaeritur: Quomodo habent se ad invicem notitia evidens et necessaria? Respondeatur quod habent se sicut termini impertinentes; quia non omnis necessaria est evidens nec omnis evidens est necessaria, ut patet de contingentibus per experientiam nota.
- 20 25 Item: Patet, quomodo se habent ad invicem notitia evidens et scientia. Nam notitia evidens se habet in plus quam scientia, intellectus aut prudentia aut alias habitus VI Ethicorum a *Philosopho* positus. Nam illi sunt tantum necessariorum, evidens vero etiam est contingentium.
- Item: Propositio evidens est propositio per se nota. Est enim evidens propositio notitia superior ad utrumque. Nam omnis scientia est evidens notitia. Similiter omnis per se nota est evidens propositio, et non econverso. Instantia est de contingentibus nota per experientiam, cuius notitia est evidens et tamen nec scientia nec per se nota.
- C Et si dicas: Sequitur ex praemissis quod propositio contingens evidens semper esset per se nota, quia scitur cognitis terminis, cum notitia incomplexa terminorum

10	Unde ... quod] Notitia evidens XZ	19	et om. Y
10/16	scilicet ... ponit] in Y additum in marg. inferiori	22	quod habent se om. Y
14	contingentis] add. Z: per experientiam cognitae	25/28	Nam ... contingentium] in Y additum in marg.
15/25	Hanc ... scientia om. XZ	27	habitus om. X
		29/30	evidens propositio notitia om. Y
		C 1/3	Et ... adhaesivam om. XZ

10/12 Cf. *Occ. ib. D* (I, 5, 18–21).
 15 Cf. *Alliac. I* q. 1 a. 2 punct. 1(T);
 q. 3 a. 1 punct. 2 dist. 1. 2 (I–M).
 25/27 Cf. *Occ. ib. D* (I, 6, 5–9).

27 Cf. *Arist., Eth. Nicom. VI c. 3–6*
 (1139b–1141a); cf. *Occ. ib.*
 Cf. *Occ. ib. D/E* (I, 6, 10–21).